

DISSERTATIO ACADEMICA

DE

FENNIS,

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES,

ANTE CONDITAM ACADEMIAM ABOËNSEM,

ADEPTIS.

CUJUS

PARTIS POSTERIORIS SECTIONEM PRIOREM,

VENIA AMPL. FAC. PHIL.

PRÆSIDE

JOH. FREDR. WALLENIO,

*Eloqu. Professore Publ. & Ord. Imper. Ord. de S. Wolodimiro*

*in quarta classe Equite, & Societ. Oecon. Imp. Fenn.*

*atque Reg. Wermel. nec non Societ. Patriot. Holm.*

*Membro,*

PRO GRADU

*Publico honorum examini subjecit*

ABRAHAMUS FABRITIUS,

*Stipend. Publicus, Wiburgensis.*

In Audit. Medic. D. V Julii MDCCEX.

H. A. M. S.

---

ABOË, TYPIS FRENCKELLIANIS.

V I R O

ADMODUM REVERENDO ATQUE IRÆCLARISSIMO

PASTORI ECCLESIE IN JOCKAS MERITISSIMO,

DOMINO

MATTHIÆ GOTTLUND

FAUTORI SUO SUORUMQUE PROPENSISSIMO:

NOMINIS ADMODUM REVERENDI

*Cultor Devotissimus*

ABRAHAMUS FABRITIUS,





*In profanis usibus pollui laurum  
fas non est.*

PLINIUS.

**R**ecensam Fennorum summos in Philosophia honores ante conditam Aboënsē Academiam Aboënsē adeptorum parans Cl. Philosophiæ Candidatus JAC. JOH. TENSTRÖM, & opus ultra excrecere animadvertens quam facile ferrent aut consveti Dissertationum Academicarum limites aut temporis ratio, in ævo primorum reformandæ apud nos religionis conaminum subsistendum sibi putavit, nobisque eorundem litterarum amore ductis, ut inceptam pertexeremus telam, amice suggessit consilium. Arrisit res: exsequimur (nec totam tamen, quod fieri vetuit temporis angustia); laboris fructum, quantumvis exiguum, Tu, B. L. habeto.

A

M. Jo-

**M. JOHANNES FLEMING?** Archidiaconus Aboënsis in vacuum post obitum **M. JACOBI JOHANNIS** Præposituram d. 22 Julii 1526 eligitur, & a **GUSTAVO I. Sveciæ Rege** paulo post confirmatur. Ultimus, illo quidem tempore, apud nos Archipræpositorum. Inducias cum **Russis** a. 1510 pactas a. 1523 ulterius confirmavit idem, Legatis **CANUTO ERICI KURCK & BERONI NICOLAI** comes a Rege datus. Moritur d. 3 Junii a. 1547. Cfr. **PORTHAN & JUUSTEN** p. 37, 677, 700, 718. Åbo Tidn. 1801; förra Hälften N:o II.

**M. PETRUS SILLÄ**, ultimus Aboënsium Archidiaconus, fato cessit a. 1542 d. 20 Junii. **JUUSTEN & PORTHAN** p. 37, 697, 701, 721.

**M. JACOBUS WENNE Junior**, Senioris ex forore nepos, commendatus Regi a. 1530, qui avunculo in Præbenda novi Chori succederet. Cfr. **PORTHAN** p. 714, 810 & Åbo Tidningar 1796 N:o 8.

**M. SIGFRIDUS**. Vir, cum in Actis a. 1530 commemoretur, ætate jam provectus. **PORTHAN** p. 714 & Åbo Tidn. I. proxime c.

**M. SVENO**, Wiburgensis, Canonicus Aboënsis; obiit a. 1545. Idem forte, quem **Oeconomum Templi**  
Cathed.



Cathedralis & S. Eriki Præbendatum antea fuisse legimus. Cfr. PORTHAN p. 677, 699, 722 sq.

M. PETRUS SÄRKILAX, quem Canonicis Aboënsibus adungere videtur MESSENIUS, Philosophicos honores apud Wittebergenses, ut videtur, capessivit. Ex illorum certe cœtu redux, primus repurgandæ in Fennia religionis auctor & instrumentum existit. Cfr. JUUSTEN & PORTHAN p. 34, 40, 668 sq. 684, 699.

M. MARTINUS SKYTTE, Episcoporum Finlandiæ Evangelicorum primus. Dubitanter, sed ex fide Cel. FANT (a), Nobilem huncce virum inter Magistros proponimus. Fennicæ utique fuit profapia, Patre natus Legifero Tavastiæ, ut videtur, Vicario. In Collegio Raumeni & Aboënsi Schola tirocinia eruditionis posuit; deinde Sveciam adiit, posteaque Germaniam & Italiam, unde reversus, ad Sigtunenenses monachos, quibus se jam ante addixerat, se recepit, auctus post aliquod tempus dignitate Vicarii & ipsius cœnobii & universi ordinis Prædicatorum. Tum Aboënsi Episcopatu admotus, anno 1528 d. 5 Januarii Strengnesiæ consecratur. Saniori reli-

A 2

---

a) Disf. de Successione Canonica & consecratione Episcoporum in Svecia, Upsl. 1790. p. 9.



religioni propagandæ vehementer favit, & adolescentibus exteros, sed Wittebergenses maxime, adiuturis stipendia laudabiliter procuravit. Senex diem obiit supremum a. 1550 d. 30 Decembris, in choro corporis Christi sepultus. Cfr. JUUSTEN & PORTHAN p. 34-39, 669-732.

M. JOHANNES LÆISTHIUS, Rector Scholæ Wiburgenfis post reformatam religionem primus; Cfr. Borgå Gymnasii Historia af M. J. ALOPÆUS, I Håf-tet p. II.

M. SIGFRIDUS FINNO. Rector Scholæ Scarenfis, & Philosophiæ Magister promotus Wittebergæ d. 28 Aug. 1534, Decano M. ALESTIO SCOTO & ERASMUS NICOLAI in GJÖRWELLS Kongl. Bibliothekets Tidn. om lärda saker P. I. p. 57. Cfr. PORTHAN p. 723.

M. THOMAS FRANCISCI KEYOY? Raumenfis. Wittebergæ honores accepisse Magisteriales traditur, cum alibi (quod tamen a fide abhorret) Parisiensis appelleretur (l). In patriam redux Scholæ Aboënsis regendæ præficitur, "reducens scholasticos ad prima-  
"ar-

---

l) Abo Tidn. 1775. N:o 11, p. 87.



partis Grammatices initia recte percipienda, ne in aliis artium discendis elementis a principiis & fontibus aberrarent, sed ordine perciperent, quidquid addiscendam erat." Pastor parœciæ Tavastkyro moritur a. 1546. Cfr. JUUSTEN & PORTHAN p. 36 sq. 676 sq. 679. 759.

M. CANUTUS JOHANNIS. Natus in parœcia Euraâminne Satacundiæ inferioris, Philosophiæ Magister renunciatus Wittebergæ d. 29 Aug. 1536, Decano M. MELCHIORE FENDIO. Canonicus Aboënsis anno jam 1541, simulque Pastor civitatis ( ). Legatione in Rusliam functus a. 1556. Episcopus Wiburgensis a. 1563. Decesit Wiburgi a. 1564. Cfr. JUUSTEN & PORTHAN p. 36, 41, 45, 675 sq. 680, 723, 749, 758, 761. Abo Tidn. 1793 N:o 1. ERASMUS NICOLAI l. c.

M. MICHAËL AGRICOLA. Vitam auspicatus in Torsby parœciæ Perno, prima litterarum elementa in Schola Wiburgensi didicit. Deinde Aboam tendens, Episcopo MARTINO SKYTTE a manu aliquamdiu fuit. Mox sacris ordinibus initiatus, post aliquam tem-

---

\*) An etiam Saguenfis? Vid. C. CAVANDER, Beskrifning öfver Sagu Socken, Ab. 1753. Præf. P, KALM, p. 2.



temporis moram Wittebergam adiit, Philosophici gradus præmia ibidem a. 1539, Decano VITO AMERBACHIO, consecutus. Tum commendatitiis LUTHERI litteris munitus patriam repetiit, eodemque anno Rector Scholæ Aboënsis constituitur. Huic muneri ad a. 1548 præfuit, adjutor tum datus Episcopo nuper laudato, cui imbecillior valetudo affectaque ætas, ut singulas officii partes rite exsequeretur, non permittebant. Eidem mortuo, a. 1554 (d) sufficitur, sed ita, ut Finlandia in duas Diöceces divisa, maneret ipsi Aboënsis, Wiburgensis JUUSTENO cederet; uterque a BOTVIDO SUNONIS Strengnesensium Episcopo mox consecratus. Legatus in Rutheniam abiit a. 1557, indeque redux in ipso itinere d. 9 Aprilis moritur, Wiburgi ejusdem mensis die II sepultus. Jus Nauticum Wisbyensium e Germanica lingua in Svecicam transtulerat, sacrorumque aliquot librorum versionibus Fennicis, aliisque in usum Ecclesiæ nostræ editis scriptis (de quibus vid. JUUSTEN p. 40 sq. PORTHAN p. 735 sqq. FANT Hist. Litt. Græc. in Svecia, Sect. I. p. m. 17, P. J. ALOPÆUS, Specim. Hist. Litt. Fenn. P. I. p. 19, Åbo Tidn.

1778

---

d) In Annotationibus PORTHANI ad JUUSTENUM p. 678. legitur, ex narratione HENRICI MATTHÆI *Raumoënsis*; sed per errorem forte typographicum, a. 1555; at veriora docent & sequens pagina & p. 41, 708.



1778 N:o 12 sq. & 1796 N:o 15 sq. 19 sq. 21, Dictionnaire historique & critique par BAYLE, voc. AGRICOLA, &c.) insignem sibi pepererat laudem. Cfr. JUUSTEN & PORTHAN p. 39-44, 733-753, 675, 677 sqq. 708, 723, ERASMUS NICOLAI l. c. GEZELII Biographiska Lexicon I. Del. p. 10 sqq. &c.

M. SIMON HENRICI *Wiburgius*, sive, ut ab ERASMO NICOLAI l. c. appellatur, *Viborgensis*, unde ad locum ejus natalem prona est conclusio. Wittebergam bis, aut ter forte, invisit, Magister ibi creatus a. 1541 d. 22 Februarii, Decano ERASMO REINHOLDO Vir audit JUUSTENO in bonis artibus apprime doctus & in Theologiæ studio feliciter exercitatus. Moritur a. 1545. Cfr. JUUSTEN & PORTHAN p. 36 sq. 676, 723, 759 sqq.

M. MARTINUS TEIT l. TEITTUS, Philosophico gradu in Germania auctus. Moritur a. 1545, curam agens educandorum liberorum GUSTAVI I juniorum, aut verius nonnisi JOHANNIS Principis, qui Regale postea conscendit solium. Vix enim triennis tum erat MAGNUS. vix annus prior CAROLUS, ipsæque Principes CATHARINA, CÆCILIA, ANNA, quas alioquin vix cogitaveris, ætatis aut tenerioris aut admodum tenellæ. Cfr. JUUSTEN & PORTHAN p. 36 sq. 678, 698, & FANT de Institutoribus Liberorum Regiorum in Svecia, Upsl. a. 1791, Resp. JOH. EKERMANN p. 5.  
M. PAU-



M. PAULUS JUUSTEN. Wiburgi natus, prima litterarum elementa ibidem, deinde in Aboënsi Schola hâulit, ad quam post biennii moram constituebatur Hypodidascalus, anagnosten simul agens apud Episcopum MART. SKYTTE, qui sacros ipsi ordines a. 1540 impertiit. Tum instituendæ Scholasticæ apud Wiburgenses publi per aliquod tempus operatus, a. 1543 in Germaniam tetendit, & Wittebergæ per tres annos commoratus ibidem forte magisterialem accepit dignitatem (e), licet deinde (a. 1547) Rostochii etiam & Regiomonte litterarum studiis incumbere pergeret. In patriam redux Rector a. 1548 constituitur Scholæ Aboënsis, cui muneri ad annum usque 1554 præfuit; primus tum factus novæ Wiburgensis Diœceseos Episcopus, quam tamen a. 1563 cum Aboënsi commutavit. Ad Czarum Rusiæ JOHANNEM BASILIDEM a. 1569 ablegatur, unde, post varias ærumnas, a. 1572 redux nobilitatis jura & insignia a. R. Sveciæ JOHANNI III accepit. Moritur a. 1576 die 22 Augusti. Scripta meritisima Viri recenset PORTHAN p. 761 sq. Cfr. Idem p. 36, 41 sq. 43, 679, 744 sq. 757—767. M. J. ALOPÆUS l. c. p. m. 13. GEZELIUS libr. cit. II. Del. p. 14 sqq. &c.

M. ERI-

e) Hec præmium anno jam 1545 nonno obtigisse, in Indice Operis Juusteniâni refert Cel. PORTHAN, quod tamen ipsa JUUSTENI narratione p. 760 sq. facile refellitur.



M. ERICUS HÅRKÅPÅÅ I. HERKEPÆUS, in Pa-  
 rœcia Nylandiæ Perno natus traditur. Rostochii  
 per 2 & Wittebergæ per 3 annos litteris dedit ope-  
 ram, indeque discedens a. 1551 honorificum meruit  
 PHILIPPI MELANCHTHONIS ad GUSTAVUM I. Sve-  
 ciæ Regem testimonium. Rector Scholæ Aboënsis  
 anno circiter 1556 constituitur, sed post 12 fere an-  
 nos, malevolorum, metuentium ne introductum ibi-  
 dem Græcæ linguæ studium nimiam ipsi pareret glo-  
 riam, artibus, ab officio remotus; qua de re cum ad  
 R. JOHANNEM III. querelas detulisset, vacanti diu-  
 tius Episcopali apud Wiburgenses sedi a. 1568 admc-  
 vetur. Moritur Wiburgi d. 4 Febr. a. 1578, & die  
 ejusdem mensis 6:o in summo Templi choro ibidem  
 sepelitur. Cfr. JUUSTEN & PORTHAN p. 36, 679—  
 683, 761. Åbo Tidn. 1793 N:o I. P. J. ALOPÆUS I.  
 c. p. 18, 20, 22, 25.

M. JACOBUS TETTUS: temporibus MARTINI  
 SKYTTE ad exteros (in Germaniam forte) missus.  
 Reliqua ejus fata ignorantur. Cfr. JUUSTEN & P'OR-  
 THAN p. 36, 683.

M. ENEVALDUS. Wiburgensis primum Scholæ  
 Rector, deinde urbis Pastor, GUSTAVI I. & Succes-  
 sorum forte tempore. M. J. ALOPÆUS I. c. p. 25.

B

M. CGRI-

M. CHRISTIANUS AGRICOLA, natus Aboæ, anno forte 1551, patre M. MICH. AGRICOLA, Episcopo tum temporis suffraganeo. Rector Scholæ Aboënsis annis 1578—1582. Deinde Episcopus Revalensium. Moritur mense Februarii a. 1585. Sator familiæ nobilis *Lejonmark*. Cfr PORTHAN p. 753. P. J. ALOPÆUS, l. c. p. 28. RHYZELIUS Episcoposcop. Sviog. P. I p. 345 sq. Åbo Tida. 1772 p. 89 sq. 1794 N:o 31.

M. GREGORIUS CLEMENTIS, Björneburgensis, Rector Scholæ Wiburgi. Munus hoc, cui a. 1585 præfectus creditur, per 5 tantum menses administravit. M. J. ALOPÆUS l. c. p. 18 sq.

M. HENRICUS CANUTI, an Fennus fuerit nescimus: Magistrum fuisse, haud sola RHYZELII (l. c. p. 347) fide assumimus. Perhibetur is JUUSTENO a. 1579, Superintendentis nomine, successisse, sed, ob animum a Liturgia alienum, aut ipse munere abdicasse aut a Rege fuisse privatus, tumque, ad Præposituram Aboënsis, cui antea jam præfuerit, se recepisse. Id certum est, Præpositum & Capitularem ejusdem nominis ac Dioceseos decreto Concilii Upsalienfis a. 1593 subscripsisse; nec ideo tamen minus difficultate caret narratio. Conjectura si rem expedire liceret, facile ad credendum induceremur, ER-

CUM



CUM ERICI mox nominandum non HENRICO sed ipsi JUUSTENO successorem venisse (nam per plures annos vacare Episcopatus, ipsumque adeo Archiepiscopatum, temporibus illis haud erat infrequens), remotumque ab officio, non quidem Episcopali sed Pastoralis urbis Aboënsis, fuisse HENRICUM, nec ut ERICO, sed ut THOMÆ LAURENTII (de quo mox) cederet (f).

M. ERICUS ERICI, natus patre ERICO GREGORII, Pastore Letalensi, matre ignobili femina, quam casu stupratam hic coactus duxerat, sed cui munus illud jam dictum haud æque forte invitus debuit. Filius post reditum ab exteris, apud quos Magisterii gradum reportaverat, Rector Scholæ Triviali Gevaliensi (g) præfuit ab a. 1578 ad a. 1583, quo Episcopus totius Finlandiæ constituebatur (nam duas il-

B 2

las

f) Cfr. A. M. FANT, Historia Concilii Upsalienfis a. MDXCIII habiti P. III. (Upsl. 1792.) p. 30, ubi lin. 11 ut, pro *successorem*, legatur aut *antecessorem* aut *prædecessorem*, vel ipse sensus manifeste exigit,

g) Pastorem Gevaliensem perperam appellat FANT, Disf. de moribus Liturgicis in Svecia P. Pr. Upsl. 1788, p. 11. Cfr. RHYZELIUS P. I, p. 61. 348. & C. BERGSTEN de Schola Triv. Gevaliensi, Upsl. 1785, p. 10.

las Diœceses denuo conjungere JOHANNI III. vel ideo forte placuit, ut Liturgia, cui egregie faverat ERICUS, per totum Principatum facilius dissemigaretur), ab Archiepiscopo ANDREA LAURENTII BJÖRNRAM a. 1533 d. 8 Sept. cærimoniis pontificiis consecratus. Accesit huic inconstantia præmio etiam nobilitatis Svecanæ (nam peregrina jam antea gavisum fuerat Præsulis nostri genus) honos, nec ante annum tamen 1615 confirmatus. Interea Rege mortuo mentem mutaverat ERICUS, & decretum Concilii Upsaliensis sua quoque manu firmavit. Uxorem habuit INGEBURGIAM ROSENSTRÅLE, moriturque valde senex a. 1625. De reliquis Ipsius fati & de scriptis ab eo editis cfr. A. WESTÉN, Svenska Kongl. Hof-Clericiets Historia I. Del. I. Afd. p. 175 sqq. SPÆGEL Skrifteliga Bevis hörande till Svenska Kyrkohistorien eller Biskopskronikan, p. 159 sq. FANT & ENEBOM de successione canonica & consecratione Episcoporum Sveciæ (Ups. 1790) p. II. FANT Histor. Literaturæ Græcæ in Svecia, Sect. I. p. 20. G. F. FANT Historia librorum Catecheticorum in Svecia P. II. (Ups. 1794) p. 22. Åbo Tidn. 1791 N:o 46, 48, 1796 N:o 16, 20. JO. SCHEFFERI Svecia Literata p. 317 sq. PORTHAN ad JUUSTEN p. 680 (ex Actis Palmisköldianis) &c.

M. THOMAS LAURENTII, Pastor urbis Aboënsis & Capitularis ibidem circa a. 1593. Ipsum, in  
Con-



Concilio Upsaliensi, cujus decreto nomen etiam E-  
jus appositum conspicitur, hoc scommate exagitavit  
Generosiss. Campi-Mareschallus CAROLUS HENRICT  
HORN: *Om våren, när årterne såddes, drog han till  
Tyskland, och om hösten, när de uppskoros, kom han hem  
Promotus Magister. Cfr. de hoc VIRO FANT Hist.  
Litt. Gr. in Svecia Sect. I. p. 21.*

M. JACOBUS FINNO. Præfuit ille primum Scho-  
læ, deinde Ecclesiæ Aboënsi. De scriptis ejus, in  
sacrorum per Finlandiam cœtuum Scholarumque i-  
bidem florentium usum, evulgatis cfr. PORTHAN ad  
JUUSTEN p. 683 sq. Åbo Tidn. 1796 N:o 17, 18.  
SCHEFFERUS l. c. p. 316 sq. Vixit circa finem sæ-  
culi XVI & initium sequentis. Commemoratur eti-  
am in Oratione SAMUELIS E. JUSTANDRI de qui-  
busdam antiquitatibus Abogicis, Ab. 1679 p. 8.

M. JACOBUS. Rector Scholæ Aboënsis proxime  
ante GREGORIUM MARTINI TEITUM. Cum præ-  
cedente confundendum non esse monent P. J. ALO-  
PÆUS p. 28 sq. & PORTHAN p. 684.

M. MATTHIAS MARCI ALANDENSIS (non MO-  
LITÆUS, quod nomen a liberis ipsius demum adsci-  
tum). Litteras coluit Aboæ, Gryphiswaldæ & Wit-  
tebergæ; docuit etiam Rostochii, stipendio fruens:  
CA-

CAROLI Sudermannicæ Ducis. Redux, magisteriali-  
que Leucoreæ Academici diplomate munitus, e Re-  
ctore Scholæ Strengnesiensis, Concionator in aula E-  
jusdem Serenis. Ducis constituitur, anno quidem  
1589 d. 23 Februarii, nec ita multo post a confesio-  
nibus Eidem adjungitur. Ad Superintendentiam de-  
inde Mariæstadiensem anno forte jam 1592 promo-  
tus, & novæ Sacrorum Bibliorum versionis adornan-  
dæ cum tribus aliis istius rei peritis viris (a. 1600  
& 1601) adhibitus, in Observationibus sic dictis Streng-  
nesibus præclara eruditionis suæ monumenta reli-  
quit. Uxorem habuit MALIN KAXE, Pesteque cor-  
reptus decessit d. 23 Aug. 1603. WESTÉN l. c. p.  
284 sqq. RHYZELIUS P. II. p. 90 sq.

M. PETRUS MELARTOPÆUS. Lector Theologiæ  
in Schola Strengnesiensi & Capitularis ibidem, Con-  
cillii Upsaliensis decreto, ut proxime nominatus, cui  
etiam in regendæ Dioceseos cura d. 23 Dec. 1605  
successisse legitur, subscripsit. Obiit d. 18 Aprilis  
1610. Cfr. RHYZELIUS P. II. p. 91.